

96. 465

96 97

Maximilian II. di. privilegiorum et
donationis Monasterii in Budissin
Confirmatio 1570.

Maximilianus II. di. divina favente
Clementia Electus Romanarum Imperator
Semper Augustus ac Germania
Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia
Savonia etc. Rex, Dux Burgundia, Mar-
chion Moravia Luxemburgens. et Silesia
Dux Marchion, Lusatia etc. Recognos-
cimus et notum facimus tenore presen-
tium universis et singulis, ad quos praesentes
litterae nostrae pervenerint.
Reges Christianos majorum et parentum
suorum inherere vestigiis Eccle-
siarum, et earum ministris dedicatis
servitio Dei omnipotentis auxilio esse,
illorum communitatibus prospicere,
ac conservatione ipsis datorum et
concessorum privilegiorum, animum
intendere decet. Cum igitur Honorabiles
devoti nobis dilecti Propositus, Decanus
Totumque Capitulum Ecclesiae collegiatae
sancti Petri in civitate nostra Budissin
ceterisque ministri ejusdem ecclesiae inibi